

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theologiae Doctor,
Professor & Ecclesiastes. Ad Exequias, quas Nobili puellae Filiolae suae
Desideratißimae Margaretae Sophiae Viereggen parentes Moestissimi Hodie ...
paratas cupiunt Omnes Omnium Ordinum Academiae Cives ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777175339>


Druck Freier  Zugang



Quistorp, J.,
in M. S. Vieregge

Rost. 1631.





RECTOR
Academiæ Rostochiensis
JOHANNES QUISTORPIUS
S. S. Theologiæ Doctor, Professor
& Ecclesiastes.

Ad

Exequias,

quas

Nobili puellæ

Filiolæ suæ Desideratissimæ

MARGARETÆ
SOPHIÆ Viereggen

parentes Mœstissimi

*Hodie ad horam primam in templo Nicolaitano
paratas cupiunt*

Omnes Omnium Ordinum Academiæ Cives
peramanter invitat



ROSTOCHI

*Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
ANNO, M. DC. XXXI.*

33

1. The ...
2. The ...
3. The ...

MARQUA ET A
S...

...





RECTOR

Academiæ Rostochiensis
JOHANNES QUISTORPIUS
S. S. Theologiæ Doctor, Professor,
& Ecclesiastes.



Reditoribus qui pecunias suas alijs fœnore elocant, in more positum esse scimus, ut ab alijs quibus suos nummos credunt pignora vel hypothecam primo postulent, post omnem pecuniam repetant. De Morte idem, quum primo parentibus liberos pignora charissima auferunt, rectè dici posse arbitramur, post ipsos, quando ita illi à quo vitam habent visum fuerit, ablatura. Experiun-

A 2

tur

tur id creberrimè parentes quibus ordine naturæ turbato mortis violentia liberi præripiuntur. Ejus rei vel hodiernus dies documento est, dum Nobilissimi parentes prole suavissima *Margareta Sophia Biereggen* privantur. Quamvis autem ijs hinc causæ lugendi non desint, vulnusq; ex hoc obitu filiolæ mellitissimæ inflictum sit gravissimum, tamen & hoc cogitabunt: ejus id factum esse voluntate, cui obniti fas non est, qui alienum nihil, sed suum quod dedit repetijt, & in locum, quam ex quo abstulit, longe meliorem reposuit. Abijt puella Hæc ex mundi hujus ergastulo, in quo concathenata nos exercent molestiæ & miseriæ, in gaudia coelestia: nunquam sensura quæ nostris capitibus super impendent, & olim parentibus, quos jam ad tempus relinquit, reddenda. Considerabunt id parentes moestissimi, Tu parer *Cassare Bieregge*


Vir Nobilissime ac Strenue, Tu mater
Lucia Welzins generis nobilitate & ma-
tronalium virtutum decore insignis
foemina, non plane amisisti filiolarum ve-
stram. Addita illa est majoribus suis
jam ante hinc ad gaudia evocatis. Con-
vivit enim illis, à quibus generis nobili-
tatem longo ducebat ordine. Scimus
quippe eam ex nobili & vetusta Vier-
eggiorum prosapia natam esse, quæ an-
te ducentos & ultra annos magni no-
minis & authoritatis in hac provincia
fuit, nam vel Anno post Christum na-
tum millesimo trecentesimo nonagesi-
mo primo, tantæ inter hujus ditionis
nobiles celebritatis fuit, ut in illam ab
Episcopo Swerinensi Adolpho Mar-
scallatus dignitas, quæ hæreditaria illi
esset, relata fuerit, quamq; ab eo tempo-
re non interrupta serie Viereggij ges-
serunt, atq; etiam num, qui ex eo gene-
re natus major est, cum laude sustinet.


A 2 Con-

Cōvivit paterno avō, *Roberto*, proavo *Chri-
stophoro*, abavo *Joachimo*, omnibus in *Belitz*
hæreditarijs, & ex nobili ac veteri Vier-
eggiorum stemmate prognatis : Con-
vivit paternæ aviæ *Racheli*, von *Kalen* in
Hein/ proaviæ *Elisabethæ* *Suzowen* in *Su-
bow* & *Ecedorff* hæreditariæ, Abaviæ
ex *Levitzoviorum* familia, omnibus
ex nobilibus parentibus natis. Convi-
vit avo, proavo, abavo materno, *Welt-
zinijs*, qui quantisper hanc incolue-
runt terram in *Wensin* & *Grambow* hæ-
reditarias suas sedes habuerunt : Con-
vivit maternæ aviæ *Margarethæ* *Warnste-
den* ex *Melchiore* *Warnsteden* in *Frey-
dorff* olim Domino natæ, proaviæ *Eli-
sabethæ* von der *Suhe* *Ottonis* von der
Suhe in *Buttelfow* hæreditarij filiæ ; ab
aviæ ex *Rhoriorum* in *Newenhusen*/ *A-
taviæ*, ex *Halberstadiorum* in *Kambs* hæ-
reditariorum nobilibus familijs pro-
genitæ, Convivit inquam his filiola ve-
stra

stra; quin & convivit Salvatori suo
cui illo ipso die quo resurrectionis ejus
à mortuis memoriam Ecclesia recole-
bat, juncta fuit. Liberavit dies ille eam
à febre ardenti, & tussi vehementi, quæ
ipsam per decem dies, à die Aprilis pri-
mo, usque ad diem ejusdem mensis
decimum, miserrimam habuerunt:
liberavit illam ab omnibus malis, qui-
bus nos obnoxij sumus, quæq; ipsa à
die decimo tertio Januarij Anni 1626.
usque ad diem 10. Aprilis hujus 1631.
anni, per integros quinque annos ex-
periri cœperat. Dum filiolum ve-
stram his malis ille dies liberavit, si-
muleandem, æterna quiete & felici-
tate beavit. Agite, committite il-
la quæ filiolum vestram, si quam diu-
tissime inter mortales commorata
fuiisset, manebant, cum his quæ rebus
humanis exempta experitur. Sat scio,
ut.


ut ut calidis votis ipsi vitam longissi-
mam precati fueritis, non tamen
in gaudia cœlestia repositam his-
ce terrenis reddendam optaretis.
Faxit Jehova ut nos qui hanc terram
ad huc terimus, qui in mundi hujus de-
serto oberramus, ita curriculum no-
strum conficiamus, quî olim ad æter-
næ felicitatis metam perveniamus. A
vobis autem Academiæ civibus omni-
bus Emortua nostra hoc sibi ultimum
humanitatis officium exhiberi petit,
ut exuviâs in dormitorium reponen-
das, eò frequentes deducatis: voti eam
compotem facietis, si eo nomine ad
hodiernam primam in templo Nico-
laitano conveneritis. Quod ut sin-
gulos sua sponte facturos esse confido,
ita ut id faciant summo eos opere hor-
tor & moneo. P. P. Rostochij 21. A-
prilis Anno 1631.







stra; quin & convi
cui illo ipso die quo re
à mortuis memoriam
bat, juncta fuit. Liber
à febris ardenti, & tussi
ipsam per decem dies,
mo, usque ad diem
decimum, miserima
liberavit illam ab omni
bus nos obnoxij sum
die decimo tertio Jan
usque ad diem 10. Ap
anni, per integros qu
periri cœperat. Du
stram his malis ille d
mul eandem, æterna
tate beavit. Agite,
la quæ filiolarum vestra
tissime inter mortal
fuiisset, manebant, cu
humanis exempta exp



the scale towards document

atori suo
onis ejus
recole-
ille cam
enti, quæ
orilis pri-
mensis
uerunt:
lis, qui-
q; ipsa à
ani 1626.
jus 1631.
nos ex-
am ve-
ravit, si-
& felici-
ttite il-
am diu-
amorata
rebus
Sat scio,
ut.